

TEXTUS ILLUSTRATUS

De Beata Virgine.

SECTIO LIV.

Deipara, vel à sua Conceptionis momento, ad instar terebinthi, & vitis fuit: ab illa, & per illam exterminata idololatria, & propagata Ecclesia.

2043 IN primis, terebintho se similem appellat Deipara Virgo: Ego quasi terebinthi extendi ramos meos. Et sic appellatur à S. Laur. Just. l. de casto connubio c. 9. Terebinthus se extendens: à S. Bonav. in speculo c. 5, ab Hug. Carenfi, multisque aliis ad hunc Ecclesiastici locum. Terebinthus (ait Seraph. Doct.) magna arbor est in Syria, & habet ramos multos, & extensos. Arbor ista, arbor procerà & crescens in Syria, est B. Virgo Maria. Syria enim interpretatur humectata. Et verè humectata fuit per gratiam tota vita Maria, quæ in humore gratiæ crevit ab utero Matris suæ. Vel à suæ conceptionis puncto; aliter enim tota Mariæ vita non esset humectata per gratiam. Rami hujus arboris, honoris & gratiæ, sunt virtutes & exempla, & beneficia B. Mariæ. Multi enim rami sunt multæ ejus gratiæ merita, multæ ejus virtutes, & exempla, multæ ejus misericordiæ, & beneficia. Et quidem si dotes hujus arboris expendas, Marianæ immunitatis symbolum terebinthus erit.

Validas radices & profundas Theoph. & Plin. ei tribuunt. In sanctitate, & justitia benè radicata Deipara fuit, instar terebinthi, sic comam honoris & gratiæ cellissimam elatura. Vide dicta ad v. 16. in illustratione pro Virgine, & ea, quæ de terebintho hic prænotavimus in enodatione textus. Est enim hæc arbor efficax, sicut balsamum, adversus serpentes, vim habet continendi & roborandi uterum, imò contra omnia vulvæ mala efficax est. Quæ eò tendunt, ut faustam significant Deiparæ conceptionem, tum naturæ impedimentis seclusis, ad Maternam Annæ vulvam aperiendam, fovendam, continendam, omnibusque vitis expiandam: tum gratiæ, cui serpentis illud originarium venenum impedimento erat, & divinitus fuit propulsatum, dum ad instar terebinthi plantata fuit, & primas radices egit in Syria, id est, humore gratiæ.

2044 Accedo ad vitem, quæ præclarior extat Virgineæ immunitatis Symbolum. Deiparam vitæ conferunt S. Epiphanius Ser. de ejus laudibus, S. Damas. orat. 1. de Nativ. Mariæ, S. Ildeph. Ser. 1. de Assump. S. Greg. Thaum. Ser. 1. de Annunt. Chrysippus Presb. Orat. de lau. Virg. S. Bruno opusculo de Ornatu Ecclesiæ c. 5. S. Bonav. in speculo c. 2. Vincen. Ferrarien. Ser. 1. de Nat. B. Virg. S. Anton. de Pad. Dominica 3. Quadrages. Wericus apud Tilmannum ad hunc Ecclesiastici locum, Radulphus Ardens apud Alcuinum Flaccum in libro Homiliarum, Hefychius Presb. Homil. 2. de B. V. Maria. Qui omnes vitem Deiparam vocant vel cum intuitu ad Siracidis verba, vel illa illustrantes. Thaum. sic Virg. salutatur: Ave vitis hæc dicitur, semper florens, perpetuo vernans: ut perpetuam Deiparæ immunitatem probet ex vitis vernantis & florentis Hieroglyphico.

Terebinthi dicitur pro Mariana Immunitate.

Vitis Deiparæ, semper florens, perpetuo vernans.

S. Thaum.

S. Ant. Pad. ab etymologia vitis argumentum suggerit ad puritatem Marianæ conceptionis comprobandæ. De semetipsa dicit: Ego quasi vitis &c. Vitis dista, quia vim habet citius radicandi, vel quod invicem se innectat, est B. Virgo, quæ præ cæteris citius & altius in Dei amore fuit radicata, & verè vitis, id est, Filio inseparabiliter se innectit. Preme illud, citius & altius præ cæteris, præ Jeremia, præ Joanne Bapt. præ aliis, qui in utero materno sunt sanctificati: citius Virgo divino amore exarsit, à puncto scilicet suæ conceptionis, in qua altiores, seu profundiores egit radices.

2045 Sed plantandæ vitis ritum videamus, ut hæc appareant dilucidiora. Primò, vitis vel plantatio ipsa munditiam exigit. Plin. lib. 17. c. 21. Fossa præcedat: fossa tum purgari & extendi debet, ne crudum relinquatur. Secundò, ex Palladio l. 3. de Rustica tract. 9. Ad pangendum novellus palmes debet eligi, duri in Pallad. se nihil habens, & veteris sarmenti, quia hoc putrescente sæpe corrumpitur caput. Tertio, ex eodem scriptore ibidem: Caput sarmenti cum deponitur, torquendum non est, nec aliquo modo vexandum; & pars ea, de qua radix futura presumitur, injuria nulli subiicienda est. Quarto, præci Agricolæ Cruce sive T. usi sunt ut pastinandi, ac præparandi foli mensuram exigerent, cui Moderatus l. 3. de Re rustica c. 13. Græcè litteræ X. formam quam ille stellam vocat, in hunc modum decussavit quasi duplicem committeret Crucem, rectam alteram, alteram decussatam. Quintò, Theriacam vitem plantandi ratio sic præscribitur à Dionys. Uticensi 4. de Agricultura c. 8. Quod ad multa confert Theriaca vitis, manifestum est, & maxime ad serpentium plagas. Modum autem, quo paratur, nunc dicemus. Ramuli vitis, quam plantare volumus, inferiorem partem ad trium, aut quatuor digitorum mensuram fundimus, & exempta medulla Theriaca antidotum in ipsum sarmentum indimus, deinde papyro involatam fissam partem plantamus. Qui diligentiores circa hanc parandam haberi volumus, etiam in radices antidotum diffundunt. Hujus vitis effectum describit l. 2. c. 45. statuens, vitem Ther. ad viperarum, serpentium, araneorum, & aliorum animalium venenum etiaculantium, morsum curationem præstare. Eandem rationem sarmenti Theriaci pangendi, eisdemque effectus vitis Theriacæ tradit Rut. Taurus l. 3. de Re rustica to. 28. & Plin. l. 14. c. 18. & l. 23. c. 1. ubi in universum addit, mustum serpentibus adversatur. Et infra: merum remedium est contra serpentium istus. Adde denique cum S. Bern. Ser. 60. in Cant. ad illud c. 2. Vitis florentes dederunt odorem suum. Hic odor, inquit, serpentes fugat. Ajunt florentibus vitis, omne reptile venenatum cedere loco, nec ullatenus novum ferre odorem florum.

2046 Hæc omnia, post Christum, ad quem in sensu primario respicit Ecclesiast. ad Mariam in secundario etiam litterali haud difficile erit aptasse. Primò, quod observavimus plantandæ vitis scrobem prius expurgandam, deputatissimum Annæ uterum significat, quem cælestis vinitoy quàm exactissimè curavit emundandam, ut vitem hanc intactam, uti vocat Hefych. loco supra relato, dignè conciperet. Multa in hanc rem S. Fulb. Carn. Ser. 3. de B. V. Nat. ubi parentum utrumque nomen expendit. Joachim, id est, preparatio Domini. Anna, id est, gratia Dei. Sic in unum dua compactæ gratiæ disponuntur.

Ritus plantandæ vitis pro Mariæ conceptione purissima.

Dionys. Uticensi.

Vitis florentes, & mustum serpentibus adversatur.

Joachim & Anna prius expurgati.

Hefychi. Fulbert. Carnæ.

Amadeus.

disponente Dei nutu, profertur ex se gratiam non parvam. Nec omiserim verba S. Gabr. Arcang. ab Amadeo Monacho Rap. 4. Apoc. Joachimi mundissimum semen transfusum est in uterum Annæ, & disposita, & omnino mundata cellula illa. Secundo, illud accuratissimum novellum, vitis palmitem illum esse ad pangendum lectissimum, cui nihil durum, nihil ex veteri sarmento hæreat, quod ipsi putredinem possit affricare. Scilicet, nova nostra plantula eximitæ gratiæ novitate prælians nihil ex Adamica vetustate trahit, quod ipsam posset corrumpere. Tertio, originaria radix nulli proflus injuriæ subiecta, non caput illud prima superbia distoritur, non ulla perduellione necatum, integrum, illæsum, rectum depositum. Quarto, & quid mirum, cum felix serobis cula, cum fortunatissimus conceptionis locus, totaque sanctæ generationis, & formationis ratio ad mirabilem Crucis machinam fuerit exacta. Si enim T. vel domibus Israelitarum præfixa, vel frontibus exarata, & illas & hos præstitit immunes; quidni conceptionem Virginis sanctissimam præstiterit. Quintò, tanto igitur omine plantata vitis non potuit non insecta esse serpentibus. Theriacam verò illam sive novello palmi additam plantandò, sive radicibus affusam, ad eximiam præservatricem gratiam refero, quæ, contra omne proflus peccati venenum, primam Mariæ plantationem, primas originis radices præmunit. Denique vitis Maria est, tota aurea, gemina ex puro auro emittens. Habuit enim subius in radice, id est, in sua prima formatione, divinæ gratiæ aurifodinam; jam ibi caput Christi quod aurum optimum & Deus ipse est, in Matre sua operabatur. Subinde Mariæ conceptio aurea appellatur à S. Maximo Cæsaraugitano Episcopo in Hymno, quem in templum Virginis de columna composuit. Conceptionis aureæ templo manent encomia.

S. Maxim.

Conceptio aurea.

2047 Hæc igitur magna Dei Mater, quæ vel à suæ conceptionis puncto, ad instar terebinthi & vitis exiit, hæc planè est, à qua, & per quam exterminata idololatria & per totum orbem Christiana Ecclesia propagata. Terebinthus est, illa nempe, sub qua Jacob idola defodit, & obruit, per quam idololatria sublata. Nonne Deipara, illa ipsissima heroina Mulier est, quæ, vel in suæ formationis instanti, Stygy Draconis caput confregit, contrivit? Ipsa conteret caput tuum. Oportebat ut tunc de serpente victrix & triumphatrix evaderet, ad innumeros alios triumphos reportandos de Hæresi, & Idololatria. Draconis enim caput semel conculcatum à Virgine non solum originale peccatum fixit, sed omnis etiam idololatria conculcanda sæpe sæpius ab ipsa. Inde S. Nyssenus Orat. in die natali Christi, caput illud Draconis putat esse vim illam, malorum inventricem, multa in se capita continentem. Virginem Matrem cum Arca testamenti frequenter solent Patres comparare, quos citat noster Mendoza in l. 1. Reg. c. 4. n. 11. Annotat. 11. Sec. 2. Celebris est pugna Aræ cum Dagone, ac de hoc Idolo reportatus triumphus 1. Reg. 5. Cum enim Philistini Arcam Domini staretur juxta Dagone, ad solum Aræ conspectum ipse corruit, ac tandem capite, ac manibus truncatis inventus est. Imò putant satis probabiliter Mendoza, & alii, quorum ipse meminit, per Arcam in tota Palestina omnia quoque idola corruisse. Certè, triumphus.

S. Nyssen.

Joachim & Anna prius expurgati.

P. Ildeph. de Flores in Eccles.

phi portendebantur, quos Deipara de omni idololatria laturat erat. Hinc illud Isai. vaticinium c. 19. 1. Ecce Dominus ascendet super nubem levem, & ingreditur Egyptum, & commovebuntur simulachra Egypti à facie ejus. Nubem levem appellat Virginem Matrem, in cuius ulnis puer Jesus delatus est in Egyptum. Vix dum ingressi sunt, cum ecce tibi ad primum Matris & Filii aspectum contracta Deorum simulachra, ut multi docent, & probant ex his Isai. verbis; jure proinde optimo S. Epiphani. Ser. de Laud. Virg. illam salutans clamat: Per te ceciderunt idola.

2048 Destructa per Deiparam Idololatria, per ipsam quoque propagata est Ecclesia mirum in modum; numerosa enim Christianorum proles Matrem agnoscit magnam Dei genitricem. Unde ipsa de se ait: Ego sicut terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ. Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis, seu divitiæ, & opulentia. Utraque hæc arbor fecunditati Ecclesiæ, & copiosæ ejus soboli designandæ rectissimè deservit, ut ex supra dictis claret. Audiendus S. Anton. de Pad. supra relat. premens illud Gen. 40. 10. Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, &c. ita scribit: B. Virgo de semet ipsa dicit Eccles. 24. Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris. Tres propagines hujus vitis fuerunt Angelica saluatio, Spiritus sancti supervenio, & Filii Dei inenarrabilis conceptio! Quid inde statim subdit: Ab his tribus propaginibus propaginata est proles fidelium, & quotidie per totum mundum sive propaginatur, id est, multiplicatur. Et S. Vincent. Ferrarien. Ser. 1. de Nat. Virg. Dominus Jesus de se proprie dicit: Ego sum vitis, & vos palmites. Virgo autem Maria non habet æqualem excellentiam cum Christo, & idò ipsa non comparat se Christo, sed temperando verbum: ego quasi vitis. nolo ei equiparari, vel æquari, sed assimilari: Filius fructificat ut principium primum, & tanquam causa principalis omnium, ego post eum, non aequaliter ut vitis, sed sicut, quod notat similitudinem. Similis est Mater Filio, & sicut ab illo copiosissima fidelium proles originem trahit; uti palmites à vite sua, sic etiam a Deipara, cujus meritis Ecclesia vehementer spaciata est.

A Maria propagata Ortodoxa Ecclesia.

S. Ant. de Padua.

S. Vincent. Ferrarien.

Cant. 4. 13.

Guillem.

Cant. 7. 11.

2049 Verba Sponsi ad sponsam Virginem illa sunt apud Salom. Cant. 4. 13. Emissiones tuæ paradisi malorum puniceorum cum pomorum fructibus. Pro priori voce Hebr. est verbum quod significat propagines arborum, quæ quasi emittuntur ex magnæ Matris sinu, ut ab ipsis mala punicea coronata & rubea Regnorum symbolum emittantur & pendeant. Placet acuta Guillem. interpretatio de B. Virgine. Emissiones fructus ex ea sunt emissi. Unicus ejus fructus est Jesus, sed in uno illo fructu multiplex est fructus. In uno Salvatore omnium Jesu plurimos Maria peperit ad salutem: parcendo vitam, multos peperit ad vitam. Mater Christi, Mater est membrorum Christi, quia caput & corpus unus est Christus. Unde etiam ab omnibus mater appellatur, & ab omnibus cultu debito, ut Mater honoratur.

2050 Hinc illa ejusdem Virg. cura Filium alloquentis Cant. 7. 11. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis. Manè sircamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturunt: ibi dabo tibi ubera mea. Appellat agrum, & villas Gentilissimum, Pagan.



gentilium & Pagan. loca. Unde pro villis est Græcè *μαζα*, à quo Pag. dicti (ut notat Cassiod.) quia longè sunt à civitate Dei. In his agris & villis exoptat Deipara unà cum Filio commorari, pernoscere, manere usque ad consummationem sæculi. Sic Guiliel. Egre diamur de illa Jerusalem & commoremur in villis gentium usque ad vesperam sæculi. Non sine me egredieris, aut sine me alicubi commora beris, nam grata erit mihi gentium salus. Quod verò Maria addit de vineis invisendis ad primi tivam Gentium Ecclesiam, primosque ex Gen tilitate Christianos spectat, quorum cura Virg. demandata est. Audi pulchra ejusdem Guiliel. verba, quibus Deiparam sic loquentem inducit. Mane surgamus ad vineas, Ecclesias per orbem plantandas atque excolendas, quæ in unam ma gnam vineam, id est, Ecclesiam catholicam redi gantur. Ibi dabo tibi ubera mea, id est, in Eccle sia gentium. Verè apud Judæos dedi tibi ubera corporalia ad pascendum te, in Ecclesia gentium dabo tibi ubera mea spiritualia ad pascendos tuos; spiritualiter enim pascam parvulos tuos la tæ maternæ pietatis. Vides Marianam sollicitu dinem & vigilantiam in plantanda, in excolen da, in propaganda Ecclesiæ vinea? Vides mater nam pietatem in enutriendis ejusdem Ecclesiæ filiis, quorum se ipsa Matrem ostendit?

2051 Prov. 31. Mariam commendans Salomon à fortitudine, & industria, aiebat: Con sideravit agrum & emit eum: de fructu manuum suarum plantavit vineam. Agrum vocat Gen tium populos à fide Christi alienos: quos Dei para tanto emit & remedit pretio, ut pro illo rum salute suam, ac Dei proprium Filium morti immanissimæ obtulerit. Sic vineam plan tavit in agro gentilitatis illo nullis certis fini bus, aut exiguis mœnibus circumscripto, vel incluso. Rectè hic S. Bonaventura in Speculo c. ultimo: Fructus iste plenissimè est fructus Ma riæ, fructus ventris ejus: fructus manuum ejus, quia manibus ejus devotissimè atrectatus. De isto itaque manuum fructu Maria plantavit vi neam, id est, Ecclesiam universalem per or bem diffusam. O quomodo palmities hujus vi neæ, videlicet fideles Ecclesiæ, per hunc fru ctum multiplicati sunt!

2052 Virginem Matrem prævidebat idem Salomon, cum admirandus interrogabat Cant. 3. 6. Quæ est ista, quæ ascendit per deser tum sicut virgula fumi ex aromatibus? Deser tum appellat regiones & cætus Gentilium, ut alibi sæpè appellatur in litteris inspiratis, apud Isaiam præsertim. Per regiones Gen tilium ascendisse fertur Deipara sicut virgula fu mi. Hebraicè, sicut palmæ, sicut columnæ in plurali: ut triumpho ab ipsa de idololatria re portandi designentur, & quomodo futura in star columnarum, cui tota Ecclesiæ moles incumberet. Verum ad rem nostram legit S. Ambrosius Epif. 6. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut vitis propago? Vitis propa gini assimilatur, cum per Gentiles regiones ascendit: eò enim spectat ejus ascensio, ut tan quam vitis fructificet suavitatem odoris, & flores ferat, ac fructus honoris & honestatis, opulentia & divitiarum: quibus Ecclesia fæ cundetur, toto orbe propagetur, & nume rosa gaudeat filiorum sobole. Est autem Ma ria virga fumea ex aromatibus, quæ ascendit per desertum. Nullum piissima Virgo desertum abhorret, nullum peccatorem despicit, sed quo cumque pertransierit, suavissimum spei venis

Ubi non ingratum erit subaudire S. Cyril lum Alex. Tom. 6. Conc. Ephes. c. 6. Salve Virgo, per quam S. Trinitas in universo Orbe glorificatur, & adoratur. Per quam universa creatura Idolorum vesania detenta ad verita tis agnitionem perducta est. Per quam sacrum Baptisma obtigit credentibus. Per quam exulta tionis oleum consecratur. Per quam toto terra rum Orbe fundata sunt Ecclesiæ. Per quam Gen tes adducuntur ad penitentiam.

Mariana sollicitudo in plantanda, & propa ganda Ecclesia. Guilielm.

Prov. 31.

S. Bonav.

Cant. 3. 6.

S. Ambr.

S. Bonav.

sumum respergit. Verba Bona venturæ sunt in Speculo cap. 10. 2053 Attollens oculos Joannes Apoc. 12. vidit illud stupendi cujusquam mysterii signum: Heroinam feminam sole amictam, stellis duo decim coronatam, & lunæ innixam; præ gnantem vidit, parturientem, clamantem, & gravissimas subeuntem angustias. Masculum tandem peperit filium, cui totius Orbis imperium, & nationum omnium subjugatio de stinatur. In desertum Mulier commigravit semel & iterum, fugiens Draconis septem plici capite horrendi iras adversus illam conce ptas: qui demum à Muliere, ejusque asse clis devictus est. Quorsum isthæc? Ingeniosa aridet nostri Alcazaris interpretatio; qui in hac Muliere Ecclesiam agnoscit pri mogenitam, ejusque transitum ad Gentes ido lolatriæ deditas: quas illuminando conver tit, atque ita multos filios enixa est per unum illum masculum (ut ego reor) designatos, de quo Isaias 66. 7. Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus ejus, peperit masculum &c. Parturivit & peperit Sion filios suos. Fuga illa in desertum propagationem ip sius Ecclesiæ significat per totum orbem, re nuente quantumvis ac contradicente Draco ne per Idololatrias & Idololatriam. Sed unde, rogabis, tam felix Ecclesiæ Christianæ partus? unde tanta fecunditas? Unde ei tam ingens filiorum multitudo, qui totum com pleant orbem? A Christo, imprimis Sponso divinissimo, quo Ecclesia ejus Sponsa amicta circum omne corpus apparet, quasi Sole quodam fulgentissimo, de quo Psal. 18. 6. In sole posuit Tabernaculum suum, & ipse tanquam Sponsus; stellis interim duodecim (id est, Apo stolis, virisque Apostolicis) prædicatio nis luce micantibus sua, ut sic vertici in cumbant Ecclesiæ ad ornatum & gloriam. Deinde, post solem, tota illa Ecclesiæ feli citas uni est deferenda lunæ, nempe Deiparæ, cujus luna symbolum extat. Sub Ecclesiæ pedibus hæc luna collocatur, non in con temptum, sed in basim, ac fundamentum, à quo tota assurgit Ecclesiæ gloria. Ideò ab Il dephonso de Virgin. c. 10. Virgo vocatur ba sis sanctitatis. Et quidem opportunissimè præ stitò adest Ecclesiæ Christianæ Maria sanctissi ma; cum enim sub Mulieris parturientis typo de Ecclesia agatur innumerabiles filios pro creatura; ut partus esset auspiciatissimus, bellis simè figuratur Deipara sub id tempus opem ferens, tanquam luna, ad cujus fecunditatem præsci Gentiles respicientes, eam in partibus implorabant, & quasi obstericem credentes, eam Junonem Lucinam compellabant. Ma ria igitur est, per quam habet Ecclesia in numerabilem illam prolem, detriumphatà ido lolatriâ.

Apoc. 12.

Ecclesia,

Deipara opi tulante, in numeros eni xas filios est.

Isai. 66. 7.

Christus sol,

Maria luna.

Alcazar.

S. Cyrill.

APPENDIX

In gratiam Mariana immunitatis, vaticinium Isaiæ premens.

2054 D Um Virginem Matrem audio pulchrâ vineæ metaphorâ utentem in sui commendationem, & Ecclesiæ dilatio nem tot per Mariam caelestibus cumulatae bonis, in mentem veniunt Isaiæ verba ex c. 65. 8. Hæc dicit Dominus: Quomodo si inveniatur granum in botro, (ali vertunt, racemum in ramusculo) & dicatur: Ne dissipet illud, quoniam benedictio est, sic faciam propter servos meos, ut non dissipet totum. Egerat Vates de Judaismi abrogatione, ac repulsiōne, Gentilismi voca tione, atque in Christi regnum fausta rece ptione. Deinde subnequit præjactum vaticini um, cujus summaria explicatio hæc mihi est. Quemadmodum cum horrida incubuerit tempestas, si in campos, arbusa, fegetes, vineas defævierit, atque omnia ventus, grando, imbres tridissima depopulatione devastaverint, si unum in vinea fortè granum, aut racemum ex tanta vastatione evaserit, pro miraculo sit futurum, utpote quod ex majori illa vi haud sine providentia exemptum censeatur; quæ nimirum vento, turbini, grandini, spiritibus que procellarum, facientibus verbum ejus, ejusmodi grani læsionem inhibuerit: haud secus ex communi vastitate unicum mihi il læsum, & intactum eximam acinum, immu nem scilicet unam Adæ filiam Deiparam; idque tum ob datam olim servis meis A brahæ, Isaac, Jacobo, Davidi, divinisque promissionibus firmam fidem; tunc vel mi ximè propter unum illum ejus, meumque Fi lium, qui servilem formam indutus, hujusce grani immunitatem suis sit meritis deprecaturus. Hac periphrasi Isaiæ sententiam lu culentiùs juvabit proposuisse. In qua sub generalis tempestatis metaphora immanem il lam vastationem intelligas, quæ omnium pec catorum, ac scelerum colluviem in universam Adami sobolem innoxit: unius tamen grani si ve racemi incolumitati, hoc est, Deiparæ præ servationi cælitus clementissimè provisum fuisse, observat Vates, utpote unico ac genero sissimo femini futuro, ex quo nova vinea E vangelica sobolesceret, quæ latissimè olim propa gata, superiorem omnem calamitatem lon gè feliciori proventu compensaret. Sed Isaiæ contextum adnotando libet percurrere, ut ex singulorum observatione pretium fiat expo sitioni non vulgari.

2055 Et dicatur: Ne dissipet illud. Tacita subest ingruentis ac sævientis tempestatis no tatio, simul & unius pulcherrimi acini, aut botri lædendi & tangendi inhibitiō. Similis translatio extat Exod. 12. 7. Ezech. 9. 6. & Apoc. 7. 2. ubi Judaici populi vastatio descri bitur, fidelium exemptio, qui Christum Regem, ejus regium sceptrum, nempe Crucem venerati sunt. Sed ad rem. Ne dissipet illud, quoniam benedictio est. S. Cyrillus legit: Ne perde hunc, quia fortunabitur. LXX. Ne contingas illud, quoniam benedictio est in eo. Plus quiddam est, ne contingas, quam ne dissipet. Et quidem Deiparam communis peccati lues neque tetigit, nedum pessumdedit. Sed exp endenda ea ratio: quoniam benedictio est: ma jor est emphasus, quam quod LXX. dixere: quo

Sensus verborum in communi.

Ab universali originali delicti tempestate immunis Deipara.

niam benedictio est in eo. Neque enim solum modò Deipara benedicta fuisse significatur, sed etiam ipsa benedictio futura, hoc est, commu nis salutis, redemptionis & benedictionis coo peratrix, utpote benedicti fructus semen san ctissimum. Multa multi de hac rum passiva, tum activa Virginis benedictione ad illa An geli verba: Benedicta tu in mulieribus, quæ ejus abundè probant immunitatem. Porro ut sigillatim de ipsa benedictionis notione, & usur patione Biblica nonnihil observemus. Primò solet pro fecunditate usurpari, atque factura Isai. 51. 2. Et benedixi ei, & multiplicavi eum. Gen. 17. 15. Benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum, eritque in nationes, & Reges populorum orientur ex eo. Secun dò pro bonorum opulentia, copia, & abun dantia, omnique felicitatis genere, ut claret ex Genes. 49. 25. Deut. 33. 13. & videre est apud Hebraeorum collectores, Ariam lib. de Hebraicæ linguæ idiotismis, & l. de arca no Serm. c. 98. & apud Villavicientium in di vine Scripturæ phrasum collectaneis. Igitur quòd ait, Ne dissipet illud, quoniam benedictio Domini est, immunitatem Mariæ duplici ra tione divinitus concessam fuisse, docet: pri ma propter futuram inde prolem; hunc enim exemptum acinum, sive racemum ingenti fru ctu augere decreverat Dominus; ideò benedictionem esse, quia Deiparæ vulvæ benedi cere constituerat. Filii ergo nomine, gratiæ, & meritis communi exempta est humani ge neris lue. Secundò, quia tanta caelestis Re ginæ dignitas universam felicitatis exagebat cumulum, omnium gratiarum, charismatum, caelestiumque bonorum copiam, & abundan tiam exposcebat. In tantam itaque felicitatem haud cadere quidem tanta infelicitas debuisset: Ergo, ne dissipet, quoniam benedictio est; sive cum Cyrillo, quia fortunabitur: quo niam Mater Dei, quoniam omnium gratiarum copiâ cumulatissima extitura ad totius Ec clesiæ felicitatem.

2056 Sic faciam propter servos meos. Id tandem mysterium purissimæ Virginis, immu nis Dei Matris creandæ, executioni se pro pediem mandaturum promittit, propter ser vos, quibus scilicet id quondam magnificis verbis promiserat; quique assiduis precibus, sanctissimisque meritis illud impetrarant: nam ob congrua etiam SS. Patrum, Dei servorum, merita id sanè beneficium fuisse matri us properatum, haud alienum est à Theo logia, quam docet S. Thomas 3. p. q. 2. a. 11. & cæteri Theologi. LXX. Interpretes legunt in singulari: Sic faciam propter servum meum, Christum nimirum, de quo idemmet Vates c. 53. 11. In scientia sua justificabit ipse justus servus meus multos. Etc. 52. 13. Ecce intelli get servus meus. Servum antonomasticè Chris tum compellat propter eximiam obedientiam, quam homo Patri exactissimam præstitit: nam semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Ad Philip. 2. 7. Hanc obedientiam usque ad Crucis mortem Itaias innuit, cum illum Patris nomine emphaticè servum appel lat. Sic faciam propter servum meum: illælam, immunem præservabo propter Christum meum, quæ Crucis mortem juxta meum præceptum oppetentem; id est, propter obedientiæ

Maria sum per à Deo benedicta, imò ipsa est Dei benedi ctio.

Benedictio pro fecun ditate, & opulentia

Immunis Virgo à pec cao, quia Dei Mater, & omnium felicitatis.

Christus servus nomine indigentissimus.